

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Hermann Schuckmann Valentinus Olandus

Collegii Theologici Disputatio Decimaquinta De Ordine Politico Et Coniugio

Rostochii: Kilius, 1649


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738370851>

Druck Freier  Zugang



R.L. Neal 1649
Schückmann, Niemay*i*
Karl. Oland, Valentin

XV



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn738370851/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738370851/phys_0002)



COLLEGII THEOLOGICI
DISPUTATIO DECIMAQUINTA
MAGISTRA DE TU.
ORDINE POLITI-
CO ET CONIUGIO.

Quam
AD JUVANTE GRATIA
SPIRITUS CHRISTI,
Cum suffragio Amplissimæ Faculta-
tis Theologicæ in incluta Universitate
Rostochiensi,

P R A E S I D E
V I R O

Admodum Reverendo, Clarissimo atq; Excellentissimo,
DN. HERMANNO SCHUCK-
MANNO, SS. Theol. Doctore & Professore
Publico Celeberrimo, ejusdemquæ facultatis p. t.

Spectabili Decano, Præceptore & Promotore
suo omni honoris cultu prosequendo,


Publicè in Auditorio Majori die 26. Maij
Eruditorum examini submittit

VALENTINUS OLANDUS,
Stralsund: Pom.

• 6(0) •

ROSTOCHII;

Typis NICOLAI KILII, Ac. Typ. Anno 1649.



Si Deus in terris, nobis ut bibita dicunt.
Jure magistratum condidit esse D E U M.
Jura Magistratus, vis, ordo, ligamen, honestas
Sunt species summi suspicienda D E I.
Ita gratulari volui
Johannes Cothman, S S. Theolog. D. &
P. ac Facult. Theol. Senior.

In festat vel mille modis fravis, vixg. Draconis
Tetra, Magistratus conjugijq; statum.
Alma manus Domini servis conatibus obstat,
Et contra Satanam, permanet ordo D E I.
Dn. Respondenti cum gratulatione apposuit
P R A E S E S.

Ordo Magistratus verbo est stabilitus, ut esset.
Qui populis pacem per pia jura daret:
Nec minus ordo thuringi tñs xolting apiaárv,
Hic Parris: hic Nati: hic flammula flatus adest:
Ipse suam Christus notat hác sub imagine Sponsam.
Qui quondam liquidis cœcuba fecit aquis:
Rumpantur geminum qui per contraria temnunt.:
Sunt Ducibus sua, sunt debitæ danda DEO.
Cum voce felicium in studijs proceſuum,
Eximio Dn. Respondenti L. M. Q.
Augustus Varenius S.S. Theol.
Licentiatus & Hebr. Profess.

Sancta MAGISTRATUS decet observantia civem.,
Publica & ut prolis Res vigeat numero.
Quam bene Respondens de se quoq; ponder utrumq;!
Sic patria ille sua civis honorus erit.
Pecorid ipsum.
M. Elias Sigismundus Reinhardt.

Ea

Eius nos præclaro Duce dum sacrata Jehovæ
Bella geris, qua tu laude veliendus eris;
Scilicet hoc studij bellum pietatis amatæ
Dum geris, hoc studio præmia digna feres!

M. Franc. Reutzius.

Et dubitant homines, dubicare & querere veritas;
Imperij & thalami frangere jura solentes
O LAND i constans animus, vestigia vulgi
Non presit, fictus de meliore luto,
Nam pulcrè dubitat, veri tentamina solers
Suspedit, & validè protegit arte fidem.
Rectoris populi cui est commissa potestas.
Conjugij legem comprobat esse bonam,
Qui doctas juvenis paginas defendit **O LANDUS**
A vulgo disper, sed placet ille viris,

A micorum & Juvenum Eximio

Dn. VAL. OLANDO gratul.

M. Michael Watsonius,

Cum nunc primitias de te ferat Alma Rosarum,
Quæ tandem decimis est potitura tuis?
Lipsia num Bregelum, Witebergum numve Rosetum?
Inquis, Jova tenet hæc sibi, cuncta potens.
Pergas, primitijs aderit Deus usq;- sequantur
Dum quintæ & decimæ, frater amande mihi.
Pergas, approperes quo tendis dante Jehovæ,
Doctrinæ capias digna brabeja tuæ.

Hic se amico per haro congratulatur

Jacobus Danneclius,

Ançlam. Pom.

DISPUTATIO XV.
DE ORDINE POLITICO
ET CONJUGIO.

§. I.

RESP.

Roporter Ecclesiam & pro bono ejusdem VALENTI-
ad salutem generis humani, instituit & conservat Deus NO OLAN-
(quæ ipsius benignitas est) certos Ordines in mundo. do, Stral-
Abs his si foret, fenestrae illicè ad armeniar & per consund. Po-
sequens παρολεθρίαν, ubi vis reclusæ paterent. Volun. merano.
tas quoq; Dei est, ut vocati ad regnum Christi, non tantum communem
hanc vocationem, fide, spe charitate, sanctimoniam, patientiam, pietatis, de-
votionis, aliisq; bonorum operū exercitiis, in semetipſis ratione univer-
salis Christianismi dignè exornent; sed & debitam obedientiam, in ob-
eundis his illisvè functionibus particularibus, ad quas singuli ex certâ
providentiâ divinâ, ὑπὸ τὴν κοινὴν κλησιν, speciatim vocantur (in
mundo enim, & cum hominibus h̄c vivitur) ipſi Deo probent. Hinc
varijs generis officia, juxta cum donis ad cuiuslibet administrationem re-
quisitis, quæ alii majora, aliis minoras Deus confert, eaq; omnia ad com-
munem Ecclesiæ ædificationem spectantia, i. Cor. 12. illiq; in bonum
(quamlibet non raro præter vel contrà hominum agentium intentio-
nem) ex Dei dispositione cooperantia.

§ 2. Capita autem institutarum divinitus diaconicw, quibus con-
tinetur inferiora quævis munia, præcipue tria sunt, Hierarchia nimirum Ecclesiastica, (& quæ huic analoga est & ad hanc referenda, Scho-
lastica) Politica, Oeconomia. De illâ actum Diff. praced. Nunc agen-
dum de duabus posterioribus. Et h̄c statim ab initio discutienda se of-
fert generalis controversia, super collatione Christianismi cum vitâ po-
liticâ & domesticâ; ubi Q. 1. an homini Christians deferenda sint civilia
officia, eisq; præferenda, v. g. vota, ad solitariam vitam adstringentia, cum-
primis paupertatis vel abdicationis rerum, & castitatis & continentiae & N.
Ratio 1. quia quilibet in vocatione, quâ vocatus est, in illâ manere debet
1. Cor. 7, 20. 2 Ipse Deus ordinum inter homines, illisq; servientium
munerum & donorum, pro ædificatione Ecclesiæ, auctor & conservator
est, vultq; (ut dictum) per rectam in mundo conversationem sibi, ceu
Numini invisibili, obedientiam à fidelibus demonstrari. 3. Idem impro-
bat

bat & reiicit eum & perire fecit; seu cultus omnes, quos sibi ipsi quis eligit: illis enim frustra Deus colitur, Matth. 15. Ethinc 4. Vota, et si improbanda non sunt, quae simplici animo, amore Dei & proximi, de rebus concessis, v. g. Jejunio, Eleemosynis, vel exercendâ singulari liberalitate in Ecclesiam & pauperes, atque ita certis ex causis sunt; facta tamen sub opinione meriti vel cultus ad Deum placandum, aut super iis rebus, quae in potestate nostrâ non sunt, & quibus dignitati honestarum Dei ordinationum detrahitur, pro illicitis habenda sunt.

§. 3. Ex his fluit resolutio Q. II. num in ejusmodi desertione resum civiliū & voluntariā electione novi alicuius status citrā verbum & vocatiōnē Dei ordinariam, constituenda sit peculiaris perfectio Christianorum? Neg. Similiter ex adductis rationibus. Sed obiecitur 1. Distinctio inter Praeceptum & consilium 1. Cor. 7, 25. R. γνῶμην, quae extrā mandatum certō respectu fidelibus ab Apostolo datur, vero & universali Christianismo nihil perfectionis per se superaddit. 2. Loc⁹ Matth. 19, 21. R. non impedit hīc Christus absolute cuiquam derelictionē honorū terrestrium, sed evidenti quodam exemplo monstrat, quae ratio sit vera & communis perfectionis Christianorum, nempe non adhæscere bonis secularibus, sed animum habere omnia deserendi, ubi cungit Deo placuerit, propter Christum & sequelam ejus: Secus erat cum juvēne illo, cuius imperfectionem Servator hoc ipso arguit & ostendit. Obij. 3 Scanda la multa dati in conversatione civili & consortio humano. R. 1. Scandalum aliud per le tale est, aliud per accidens. Illud eorum est, quae suā narrātā hominem deteriorem facere vel ad peccandum inducere possunt, ut falsa doctrina & impia vita, ad quam pertinent omnia dicta & facta, simplicem mentem corruptentia, & à sinceritate abducēntia Matth. 18, v. 6. seqq. Item ea, quae et si sunt res per se adiaphorae seu indifferentes, abusu tamen libertatis Christianae, vel præpostera ejusdem usurpatione, ex Scientiā inflante se contrā charitatem adificantem, infirmioribus in offendiculum cedunt, 1. Cor. 8, v. 9. seqq. Hoc (alias dictum scandalum acceptum) tale est, quod ex bene ab aliquo dictis factisq; non nisi improbae mentes sibi sumunt: quomodo ipse Christus scandalum esse dicitur, 1. Cor. 1, 23. Ies. 52, v. 14. c. 8, v. 14. 2. Animus fide confirmatus (certus & constans) nec ex re malâ facilè, nedum indifferenti, multo minùs verò bonâ, scandalum capit, sed ab aliis id capi ipse dolet: pro exemplo est Paulus, 2. Cor. 11, 29. 3. Posito, quempiam mortalium externis scandalis non tentari, nemo tamen immunis est ab interno scandalizan-

te principio, carne propriâ, quæ proinde cum affectibus & concupiscentiis perpetuò crucifigenda, Rom. 7. Matth. 18, 8, 9. Gal. 5, 24. sive secum ipse quis habet, sive cum aliis versetur.

S. 4. In Ordine Politico eminet MAGISTRATUS (ἄρχοντες)

Et hi dicuntur non tantum διάκονοι θεοῦ Rom. 13, 4. Sed & אֲלֹהִים Dij, judices, referentes summum Judicem in celis, cuius vices illi in terris gerunt, ipsumq; divinum judicium adumbrare debent, Exod. 22, 9, 28. Ps. 82, v. 12. et Chron. 19, v. 6. Fundamentum est potestas divinitus concessa, à quâ & dominantur ἡγετῶν τε Luc. 22, v. 25. item ἡγεταὶ ὑπερέχεσσαι, potestates, eminentia, imperium, jurisdictionem super aliis sibi subjectis habentes. AUCTOR Deus est, Rom. 13, v. 1. conf. Prov. 8, v. 15, 16. ubi בְּחַכְמַת per essentialē sapientiam (λόγον, filium Dei) regnare dicuntur reges &c. Non exlusio Spiritu S. cuius eadem potestas est. Ordinantur autem magistratus à Deo, communiter per homines (olim etiam nonnulli immediate vocabantur & excitabantur, ut Judices Israëlitarum, heroicis virtutibus instructi) ordinariē quidem mediante vel electione vel successione, extraordinariē vero mutatione & translatione regnum, imperiorum, ditionum. De Bonis, quandō legitimè ad dignitatem hanc evenerunt, ordinari eos à Deo, dubium non est. Sed Q. hic I. de infidelibus. R. Et hos à Deo constitui, pater. ex universalī propositione Pauli, Rom. 13. non modò non excludente sed spectante, potissimum magistratus Ethnicois, à fide alienos, conf. I. Tim. 2, v. 2. seqq. I. Pet. 2, 2. ab exemplis, quomodo Cyrus gentilis vocatur unctus Domini Ies. 45, v. 1. qui & ipse agnoscit regnum suorum autorem, Deum cœlorum, Esdr. 1, v. 2. expend, visiones in Daniele, c. 2, &c. II. Q. De impiis & tyrannicis principatibus. R. Spectandum hic est principium & origo, vocatio nempe legitima, vi cuius & ipsi habendi sunt pro unctis Domini, ut ut impiè & tyrannicè imperantes Pro exemplo est Saul, I. Sam. 24, 7. 2 Sam. 1, v. 16. Q. III. De illis, qui vi occuparunt imperia aliorum. R. si magistratus eo ipso fiunt, referendi sunt & hi inter ordinationes Dei, (tametsi habent quod præaliis metuant ac vereantur supremum rerum Dominum) Ratio quia Deus est qui transferit regna, & quibus vult, tradit Den. 2, v. 21. 2. idem non solum benignitatem, sed justum quandoq; judicium in magistratu constituendo removendoq; ostendit, ad de locum Matth. 22, v. 21. ubi Cæsari tanquam Magistrati, ut ut extra neo, cui per vim erant subjecti Judæi, jus debitum à Christo vindicatur, FINES sunt bonum vel incolumentas proborum & vindicta in impro-

bos. Rom. 13. 1. Pet. 12, 14. hisq; superior finis, quem maxime Deus inten-
dit, quiq; ex singulari ipsius providentia (aliud sèpè agentibus homini-
bus) evenit, est, ut benè sit Ecclesia Christi. Huc refer promissionem de
nutriciis ejusdem Ies. 49, 23. &c.

§. 5. SUBJECTUM sunt homines, qui ab aliis ad eminentiam & re-
gimen politicum secernuntur ac separantur. Requisita in electione spe-
cunda; quæ & in ipso officio requiruntur, inter alia pete ex Exod. 18, 21.
ubi יְרֵא אֱנֹשׁ וַיָּרֶא כָּל־עַמּוֹן virtù roboris (tückige/kräftige Leute) sunt illi, qui timent
Dominum (וְיִרְאֶה יְהֹוָה obsequentes voluntati divinæ) & hi vicissim
נְשָׂאָתָה אֲנָשָׁים odio habentes avaritiā & omne illud, quo corruptitur ju-
diciū rectū, veluti metum, favorem hominū, odium privatum &c
add. Deut. 1. v. 15. FORMAM absolvunt constitutio regiminis & admini-
stratio officij debita; & hæc consistit summam in exercitio judicij & ju-
stitiae, מִתְחַדֵּשׁ אֶלְחָדָשׁ sub Deo & vice Dei, ad obtinendos, qui dicti sunt,
fines, Deut. 1. v. 16, 17. 2. Chron. 19, v. 5, 6, 7. Exercitium autem justitiae &
judicij versatur partim in rectâ gubernatione, continente subditos intrâ
pieratis, honestatis, æquitatis & boni ordinis leges, nec non suum cuiq;
decernente, & res cojuslibet salvas præstante, partim in vindictâ publicâ,
tum contrâ vim hostium legitimis armis Rempublicam tuente, tum justa
supplicia & poenas maleficis irrogante: Rom. 13, v. 4. Norma officij
optima, Lex Domini est, Deut. 17. v. 18. Jos. 1. v. 8. 2. Chron. 19. v. 10. Cui
subordinantur Leges humanæ, pro statu cuiusq; Reipublicæ receptæ vel
condendæ, eaq; non contrariæ verbo seu Legibus divinis, quæ naturali
ratione nituntur. OBJECTUM circâ quod occupatur officium Magi-
stratus, & ad quod respectum ille dicit, Subditi sunt. Horum debitum
consistit in subjectione, & obedientiâ. Ad illam pertinent vestigal, tri-
butum, timor, honor, reverentia. Hæc debetur Magistratui in lictis &
concessis, hoc est, ea mandanti, quæ non sunt contrâ Deum, summum.
Judicem, cui cæteroquin magis obediendū quam hominibus, Aet. 5, 29.

§. 6. Controversitur hic de Magistratu & Q. 1. An Christianus salvâ
vocatione cœlesti, gerere posse hoc munus? Aff. Ratio 1. quia Magistratus
est ordinatio divina, faciens ministrum & vicarium Dei, & propositos
sibi habet necessarios pariter ac utiles pro bono Ecclesie fines; quod
suprà ostensum. 2. gesserunt cundem sancti in V. T. veluti Joshua, David
& alij divinitus ad id vocati. 3. nec Christus nec Apostoli quenquam
interdixerunt hoc officio, sed in eodem constitutis dona gratiæ mini-

stra

strarunt. Exemplum præbet Cornelius Ad. 10. item Centurio ille Matth. 8.
4. ipsi Reges vocantur ad regnum Christi Psal. 2, v. 10. Ies. 52, 15. conf.
§. 2. Obiiciuntur loca, quibus afferitur, Christianorum proprium esse
servire, non dominari. v. g. Luc. 22, 25, 26. R. 1. Diversum est regimen
Christi à regimine mundano (vid. Disp. 14. §. 10.) respectu illius cessat
distinctio Domini & servi, omnes enim sumus fratres adeoq; æquales,
sub uno patre Deo, unoq; Domino & capite Christo: respectu hujus æ-
qualitas non est. 2. Ministris verbi non licet imperare populo 1. Pet. 5, v. 3.
quod tamen aliis ad id divinitus destinatis licet. 3. Non tollunt se invi-
cem regnum spirituale & politicum, sed hoc in se consideratum, recte
cum illo consitit (ut ut per accidens alterum alteri adversum esse pos-
sit vid. Ps. 2, v. 1, 2.) Sic dominari alijs, imperio civili, & simul per charita-
tem, Deo & proximo in subjectione Christiana servire quis potest? Pro
exemplo est David, Josaphat, Hiskias &c. II. Q. an Christiani bona conser-
tentia, subesse queant magistrati politico? R. Imo tenentur necessariò ad
obedientiam, (quomodo descripta hæc est in fine, §. 5.) & subjectionem
debitam, non modò ob iram, sed & propter conscientiam, dignè
æstimantem ordinationes Dei, & sic propter Dominum Rom. 13, v. 5.
seqq. 1. Pet. 2, 13. quibus adde exemplum Christi Matth. 17, v. 24. seqq.
Obiicitur *Libertas Christiana*. R. Hæc pro opposito habet servitutem
spiritualē ex dominio nempe peccati & mortis, item jugo Legis Mosai-
cae & traditionum humanarum, à quibus liberati sumus per Christum,
coram Deo in conscientia Job. 8, 36. 2. Cor. 3, 17. Gal. 5, v. 13. c. 2. v. 4.
conf. Disp. 8. atq; ita non tollit servitutem & subjectionem civilem, vid.
2. Cor. 7. v. 20, 21, 22. nedum licentiam quidvis faciendi, quod liber, cui-
quam concedit. Job. 8, v. 34.

§. 7. Magistrati subjiciuntur res & officia civilia, ab illius consti-
tutione, gubernatione & directione pendentia, ubi Controvertitur I.
de Legibus, & Q. an toleranda sint leges ab Ethniciis late & judicandum
secundum eas? R. Evangelium non aboleri politias & sic nec leges earum,
dummodò non sint contra jus divinum, quatenus hoc naturali ratione
constat, vide §. præced. s. item disp. 8. §. 6. II. De Judiciis: & Q. 1. in-
genere, an hæc exercere Christiano liceat? Aff. Argumenta repeate ex
præcedd, cum primis ab officio magistratus, quod maximam partem in
judicando versatur. 2. an contendere queat Christianus in judicio illas à
conscientia; R. 1. Christiani est, malle pati quamcunq; injuriā, quam
perdere per lites carnales, requiem cordis seu pacem Spiritus S. & vincu-
lum charitatis rumpere. Matth. 5. v. 39. Unde 2. Officium Christiano-

rum est; inter se seorsim, vi excellentiae suæ, componere negotia secula-
ria, si quæ intercedunt fratri cum fratre, ne opus sit deferre illa ad judi-
cem præsertim infidelem, 1. Cor. 6. v. 1. seqq. Interim 3. Sanctis quoq; li-
cet, urgente necessitate, provocare ad officium Judicis, coram eo inno-
centiam defendere, quod justum est contrà iniquos petere, & causam
suam sive per se sive per alios agere, sed contrà lassionem veritatis, synergi-
tatis, iustitiae, charitatis. Pro exemplo est Paulus Act. 25, 10. &c. 26. v. 32.
3. Q[uo]d an maleficis supplicia capitalia justa, dicta & infligenda in N. T.? 2
Aff. non enim frustra gladium gestat Magistratus Rom. 13. v. 4. Q. 4. in
specie, quid agendum cum hereticis? R. non afficiendi sunt poenâ capititis
(nisi seditioni simul fuerint) sed aliis modis coercendi, ne turbetur Res-
publica Christiana.

§. 8. Controvertitur III. de Bello, & Q. 1. in genere, an id gerere
permissum sit Christianis? Aff. si hoc poscat salus Reipublicæ, non si idem
cupiditas latius regnandi, vel alius aliquis respectus extorqueat. Unde
& liquet decisio Q. 2. quinam bona conscientia, & sub quibus militare pos-
sint? R. magnâ hic opus est cautela, ne quis in innocentes, frater in fra-
trem, Christianus in Christianum sœviat, quod non sit sine vulnere con-
scientiae. Rationem alias pro justo bello, sufficit officium Magistratus,
(vid. §. 5.) cuius est salvam tenere Rempubl. eamq; tutam præstare
ab hostibus. Obiiciuntur inter alia 1. promissiones propheticæ de pace
foturâ in N. T. v. g. Jes. 2. 6. 11. &c. R. distinguendo inter pacem cor-
poralem & spiritualem, quæ & ipsa per illegitima & non necessaria bella
turbari potest. His ergo abstinentem Christiano magistratu. 2. ver-
bum Christi Matth. 5. c. 26, 52. &c. R. aliud est vindicta privata (nemini
concessa) aliud publica, eaq; iterum vel justa est, vel prætextu aliquo aut
specie fisci boni colorata, & sic illicita. Q. 3. an religionis causâ gerendum
bellum? R. 1. ad fidem nemio cogendus est armis carnalibus; spiritualia
enim hic requiruntur, 2. Cor. 10. v. 4, 5. 2. Defensionem Ecclesiae vendi-
cat sibi Christus, non indigens auxilio humano. interim 3. Subdit contrà
hostes veram eorum religionem impetentes, vel armis etiam, ubi neces-
sitas jusserit, defendendi sunt à Magistratu legitimo vi officii. Certamen IV.
est de Fœderibus, præsertim quæ inveniuntur cum infidelibus. R. 1. Omnis con-
federatio periculū ad jacturā, fidei & sanctitatis subinferens, damnabilis
est, Deut. 7. v. 1. seqq. tametsi 2. Fœdus mere politicum non nunquam
cum primis ob commercia, necessarium est, vide 1. Cor. 5. v. 10. Sed & hic
3. caute procedendum tum Magistratu tum negotiatoribus Christianis,
ne amore felicitatis temporalis, jugū trahatur cū infidelibus, 2. Cor. 6. 14.

§. 9. V.

§. 9. V. Controvertitur de rerum dominio & possessione, & Q. an bona propria Christianus tenere queat? Aff. dummodo non sit servus Mammonæ, sed habeat temporalia ac si non haberet, quæq; possidet, non propter se & suos tantum, sed vel maximè etiam ad benefaciendum egeno fratri possideat, Matth. 6. Eph. 4, 28. 1. Thes. 4, 11. V. I. De Contractibus legitimis. R. Contractus & negotiations honesta, veluti emptio Locatio, Commodatum, Depositum, mutuum, oppignoratio, de quibus ipse Deus æquissimas leges promulgavit, v. g. Exod. 22. v. 7. seqq. h. c. quæ sunt in veritate & charitate, citrè defraudationem vel oppressionem proximi, non modo non licita sed & necessaria sunt pro hominum societate. Sed Q. hic in specie de usuris. R. illicitum scenusest, quod vergit in damnum proximi Exod. 22, 25. Lev. 25, 35. pf. 15. Extrà hoc, lucrum certum ex pecunia credità ab eo qui illud præstare valet, capere quis potest. Sed hic & alibi tenenda est communis actionum humanarum mensura & regula: Quod tibi non vult fieri, alteri ne feceris &c.

§. 10. Controversia V. II. est de Juramentis, & Q. an jurare licet Christianis? R. Jusjurandum aliud est legitimum & auctoritatis publicæ, aliud privatum & temerarium. illud est licitum, præstandum in nomine veri Dei, Deut. 6, 13. Jes. 65. v. 15. fitq; vel pro obligatione ad fidelitatem in officio, vel pro explorandâ, asserendâq; veritate, ad tollendas dubitationes & finiendum lites, Ebr. 6, 16. Hoc illicitum est, & fit vel per creaturas, vel leví quacunq; & non necessariâ de causâ, cum omnes piorum assertiones vel negationes, ex principio veritatis, juramento æquipollere debeant, Matth. 5. v. 34. seqq. Jac. 5. v. 12. Nunc de conjugio.

§. 11. CONJUGIUM vocatur γάμος, Ebr. 13. v. 4. Estq; typus spiritualis unionis Christi & fidelium Matth. 22, 2. Eph. 5. v. 32. 2. Cor. 11. v. 2. Apoc. 21. v. 2. AUCTOR vel institutor idemq; & conservator conjugii Deus est Gen. 1. v. 27, 28. 6. 2. v. 20. seqq. adde Matth. 19. v. 4, 5, 6. ubi ad primam institutionem divinam (vi cuius & hodiè viget Ordo Conjugialis) Christus ipse provocat. SUBJECTUM sunt ex genere huminum Mas & foemina, διδύλοις. Q. hic de Bigamiâ vel Polygamiâ parvum. V. T. R. Hæc unâ cū libello repudiâ permitta & tolerata fuit à Deo, pro ratione istorum temporum; Sed in N. T. revocata sunt omnia ad initium, Matth. 19. v. 7. ubi nota i. verbum Adami in statu integritatis haberi pro verbo divino. 2. vocem Ιησοῦ vel Ιησοῦ subaudiri quoad sensum, in Gen. 2. v. 24. præsertim si addatur versus subsequens 25. Requisita in conjungendis Mare & Foemina præcipua sunt i. habilitas ad conjugiale cousortium, Matth. 19. v. 11, 12. Quò refertur etiam ætas justa, 2. gradus

2. gradus concessi tum in consanguinitate tum affinitate: de quibus vide Lev. 18. ubi tenenda seqq. 1. Lex hæc de gradibus prohibitis (undè judiciū formandum de concessis) non est ex genere forensiū solos Judæos obligantium, sed naturalis rationis; cum propter ejus violationem terra expuerit Chananaeos: unde & in N.T. non minus damnatae sunt nuptiæ incestu osæ, quam in Vet. Marc. 6. v. 18. i. Cor. 5. v. 1. seqq. 2 Cū nominatim expressis personis prohibitæ censentur omnes, quæ æquali propinquitate se invicem contingunt, vel ubi eadē generalis ratio est שָׁאַרְתָּה בְּשָׁר, residuum carnis. 3. intrā vetitos hosce gradus matrimonium inire nefas esto. (Speciale quid est in exemplis Patriarcharum ad imitationem, non trahendis, ut & in lege forensi Mosaïcā, de ducendā viduā fratris defuncti ἀτέκτονες &c.) FORMA conjugii consistit in legitimā unione vel conjunctione maris & tecum, quam efficit מִכְּלֵד seu peculiaris adhærentia, ubi terminus ad quem, est בָּשָׁר אֶחָד una caro Gen. 2. Eph. 5. Q. hoc loco de consensu parentum. R. necessarius hic est (sed citrā coactionem) Parentum n. est liberos elocare. Deut. 7. v. 3. Exod. 22. 16. 17. Ex unione fluit mutuum utriusq; Conjugis officium, quod describatur inter alia Gen. 1. 29. Exod. 21. 10. i. Cor. 7. 2. 3. 4. Eph. 5. 22. seqq. & testimatur summatim ex Fine institutionis, de quo infrā. Dissolvitur Conjugium tum ex dispositione Dei per mortem Rom. 7. v. 1. 2. 3. tum virtio hominum, per adulterium, Matth. 5. v. 32. & quæ huic subiicitur, desertonem voluntariam, i. Cor. 7. v. 15.

§. 12. Conjugio opponitur Cælibatus (sive virginitatis sive viduitatis) De hoc controversia est & Q. 1. in genere, an cælibatus præferendum sit ab homine Christiano ipso conjugio? Decisionem pete ex Matth. 19. v. 11. 12 & i. Cor. 7. v. 25. seqq. ubi notandum, non tradi ab Apostolo de Cælibatu præceptum divinum (cum prohibitio conjugii sit doctrina dæmoniorum. i. Tim. 4. v. 1. 3.) sed γνώμην, deductam ex certis rationibus, nimirum ob instantem necessitatem & à curis libertatem, vers. 26. 32. II. Q. in specie, an ministro verbi interdictum sit matrimonium? N. Ratio sumatur ex præcedd. quibus adde i. Tim. 3. v. 2. Tit. 1. v. 6.

§. 13. Finitum Conjugij est multiplicatio speciei Gen. 1. (faciens cons. seq. ad ædificationem Ecclesie) utq; sic conveniens præsens, proximum homini adjutorium עֹז כָּנָגָד Gen. 2. His subiicitur post lapsum evitatio vagarum libidinum i. Cor. 7. v. 2. Hinc honorabile sit Conjugium Ebr. 13. 4. ceu quod est ordinatio Dei ad gloriam ejus.


• ०५(०)१०



Universitäts
Bibliothek
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn738370851/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738370851/phys_0015)





te principio, carne propriâ, quæ præcentiis perpetuò crucifigenda, Rom. 7. ipse quis habet, sive cum aliis versetur.

S. 4. In Ordine Politico eminetur. Et hi dicuntur non tantum diákonois, sed & judices, referentes summum Judicem iurant, ipsumq; divinum judicium adumbrant, v. 12. et Chron. 19. v. 6. Fundamentum quæ & dominantur εξοτάλοντες Luc. 22. potestates, eminentiâ, imperium, iudicis habentes. AUCTOR Deus est, R. ubi per essentialem sapientiam dicuntur reges &c. Non excluso Spiritu dominantur autem magistratus à Deo, coniam nonnulli immediatè vocabantur & litarum, heroicis virtutibus instructi electione vel successione, extraordinatione regnum, imperiorum, ditionis ad dignitatem hanc evehuntur, ordinantur. Q. hic I. de infidelibus. R. Et hos à Deo propositione Pauli, Rom. 13. non modò potissimum magistratus Ethnicois, à fidei. Pet. 2. 2. ab exemplis, quomodo Cyrus n. Ies. 45. v. 1. qui & ipse agnoscit regnum cœlorum, Esdr. 1. v. 2. expend. visiones in psu & tyrannicis principatibus. R. spectat ergo, vocatio nempe legitima, vi cuius & ipsius, ut ut impiè & tyrannicè imperante, 24. 7. 2 Sam. 1. . v. 16. Q. III. De illis, qui R. si magistratus eo ipso sunt, referentes Dei, (nam et si habent quod præaliis metrum Dominum) Ratio quia Deus est qui tradit Dan. 2. v. 21. 2. idem non solum budoq; judicium in magistratu constitueret de locum Matth. 22. v. 21. ubi Cæsari tanneo, cui per vim erant subjecti Judæi, juri FINES sunt bonum vel incolumitas pro-



Patch Reference numbers on UTI

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.

the scale towards document

stibus & concupiscentiis, al. 5. 24. sive secum

TUS (ἄρχοντες) d & ἀρχῖτες illi in terris gerunt, 22. 9. 28. Ps. 82. initus concessa, à οὐ περέχει περ aliis sibi sub.

Prov. 8. v. 15, 16. um Dei) regnare potestas est. Ordines (olim et ut Judices Israe- em mediante velatione & trans. quandò legitimè um non est. Sed t. ex universalit. sed spectante.

Tim. 2. v. 2. seqq. r unctus Domini autorem, Deum rc. II. Q. De im- principium & ori- t pro unctis Do- est Saul. I. Sam. peria aliorum, er ordinationes r supremum re- , & quibus vult, d justum quan- q; ostendit, ad- atui, ut ut extra- sto vindicatur, dicta in impro- bos